DISPUTATIO INAUGURALIS
De
SOLENNITATUM,
QUÆ JURE COMMUNI AD TESTAMENTI FACTIONEM
REQUIRUNTUR, REMISSIONE ET INTENSIONE,

Quam

EX DECRETO, ET CONSENSU
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRI ACADEMIA JENENSI,
SUB PRÆSIDIO
VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

HEREDITARII in Obern-Tröbra/ JCti & Antecessoris famigeratissimi, Consiliarii Saxonici, Curiæ Provincialis, Facultatis Juridicæ & Scabinatus Assessoris Gravissimi,
DN. Patroni & Favitoris sui omni observantiâ atatèm prosequendi
PRO LICENTIA
Summos in utroque jure Honores ac Privilegia
DOCTORALIA ritè capessendi
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT
CONRADUS Bertram/ Ciz. Misn.

Ad diem Jun. M. DC. LXXI.
Horis pro- & pomeridianis
IN AUDITORIO JURIDICO.

JENAE, LITERIS WERTHERIANIS.

DISPUTATIO INAUGURALIS DE SOLENNITATUM, QUÆ JURE COMMUNI AD TESTAMENTI FACTIONEM REQUIRUNTUR, REMISSIONE ET INTENSIONE.

Th. I.

Rerum acquisitio, universalis maximè contingit per hereditatē §. *f. I. per quas pers.* c. a. quæ est successio in universum jus, quod defunctus habuit tempore mortis *l. 24. d. V. S.* ubi Gœdd. *l. 62. d. R. I.* ubi Hænon. Dn. Struv. *Syntagm. Jur. civ. Ex. 10. th. 43.* & à rebus hereditariis meritò secernitur *l. 50. pr. de her. pet. l. 66. inf. d. leg. 3. l. 3. §. 1. de bon. poss. l. 208. d. V. S.* Dn. Struv. *d. Ex. 10. th. 43.*

Th. II.

Ea autem ad nos devolvitur vel ex testamento, vel ab intestato §. *f. I. per quas pers.* c. a. Testamentum est voluntatis nostræ *justa* (h. e. secundum juris civilis

03114

regulas ordinata *l. 4. qui test. fac. poss.*) sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit *l. 1. d. t.* An autem testamentum sive facultas testamenti faciendi sit juris gentium, an vero juris civilis? controvertitur. Et dicendum, Testamentum quoad originem suam & inventionem sive essentiam juris gentium; quoad formam & solennitatem juris civilis esse. Hæ non. *Exerc. ad Inst. 7. th. 1.* Schneidvv. *ad pr. Inst. n. 12. d. testam. ord.* Harprecht. *eod. n. 62.* & Dn. Struv. *Exercit. 32. th. 3.*

Th. III.

Forma Testamenti interna spectatur in heredis institutione, unde caput & fundamentum testamenti dicitur, cum sine eâ nihil in illo valeat §. *ante heredis 34. I. d. leg.* §. *2. I. d. fid. her.* §. 1. *I. d. mil. testam.* Vultej. *1. jurispr. 73. lit. d.* Ludvv. *Ex. ad Inst. 7. th. 6. lit. a.* Externa consistit in solennitatibus, quæ vel communes sunt scripto vel nuncupativo testamento, vel alterutri propriæ. Communis utrique est adhibitio testium *l. 21. pr. &* §. 2. *C. d. testam.* quorum & qualitatem respici, eosque solenni rogatione invitari oportet §. *6. I. d. t. l. 20.* §. *4. l. 21.* §. 1. *qui testam. fac. l. 21. pr. C. d. testam.* Dn. Struv. *d. l. th. 10.* Numerus denique lege definitus est, ut septem adhibeantur *d. l. 21.* Commune & illud est, quod in utroque testamento conficiendo singula ordine continuo peragi debeant, testibus simul manentibus, nullo extraneo actu interveniente *l. qui testamento 22.*

§. 8.

§. 8. *l.* 21. §. *f. qui testam. fac. poss. l.* 28. *C. d. testam.* Carpz. *jurispr. for. p.* 2. *c.* 3. *d.* 1. *d.* 39. *& seq.* Testamento scripto propria sunt hæc, ut voluntas testatoris in scripturam redigatur §. 12. *& seqq. I. d. testam. ord. l.* 28. §. 1. *l.* 29. *cum auth. sequ. C. eod.* testibus offeratur, qui nomina sua subnotent & sigilla apponant *l.* 22. §. 22. *ff. d. testam. ord. l. hâc consultissimâ* 21. *pr. C. eod. l.* 29. §. 11. *in fin. d. her. pet.* Carpz. *d. l.* Dn. Struv. *Exerc.* 31. *th.* 10. Nuncupativo propria est voluntatis suprema nuncupatio palam & intelligenter facta §. *fin. I. d. testam. ord. l.* 21. *pr. l.* 15. *l.* 21. §. *per nuncupationem* 2. *ff. l.* 29. *C. eod.* quod si in scripturam, uti hodie fieri solet, à Notario redigatur, nihilominus nuncupativum dicitur. Vigl. *in* §. *f. n.* 4. *I. d. testam. ord.* Clar. *l.* 3. *sentent.* §. *testamentum qu.* 4. *n.* 1. Carpz. *d. l. d.* 35. *n.* 3. 6.

Th. IV.

Hæ solennitates autem quandoque remittuntur, quandoquè intenduntur: Remittuntur in Testamento Principi oblato, vel apud Acta facto. Ea enim quæ coram Principe fiunt, tot jure teste facta censentur *l.* 19. *C. d. testam.* Dauth. *ad d. t.* [illegible] *n.* 1. *& seqq.* Carpz. *p.* 3. *c.* 3. *d.* 21. & superfluum est privatum testimonium, ubi publica monumenta sufficiunt. *l.* 31. *C. d. donat.* Cum autem ibi acta publica esse intelligantur, ubi aliquid fit autoritate judicis *l. in apud se* 8. *d. mannm.* Wesemb. *in parat. tit. qui testam. fac. n.* 10. Carpz. *d. l. d.* 17. *n.* 4. sequitur, quod testator non solùm in loco

judicii sed etiam extra judicium ultimam suam voluntatem exponere vel ostenso testamento domi confecto, declarare possit, in illo supremam suam voluntatem contineri Carpzov. *d. l. d.* 17. 18. *& seqq.* modo tunc unus vel alter Scabinus præter judicem etiam adsit *Constit. Elector. 3. p. 3. verb.* Wo auch Gerichts-Personen von Gerichts wegen/ zu einem/ der da krank ist/ in seine Behausung auff seine Erforderung geschickt und er vor ihnen ein Testament machet ꝛc. ibique Carpz. Philipp. *Usu pr. d. testam. ecl. 48. num. 9.* Schulz. *Synopsi. Inst. d. testam. ord. lit. d.* ubi tamen semper necessarium est, ut ista insinuatio non per procuratorem aliamque personam intermediam aut epistolam, sed per ipsum testatorẽ fiat Matth. Berl. *p. 3. conc. 4. n. 28. & seqq.* Carpz. *d. l. d. 23.* nihil autem refert, utrum judex, coram quo testamentum insinuatur, competens sit an incompetens, si modo jurisdictionem habeat. *l. 19. ibi, qui actis cujusque judicis C. de testam. d. constit. Elector. 3. p. 3. ibique* Dn. Carpz. *in nonnullis desin.* Schulz. *d. l.* Mynsi. *cent. 6. obs. 79. n. 5.*

Th. V.

Hac occasione quæritur: An Testamentum coram duobus Scabinis paganis & Schultero conditum valeat? Negatur, hi enim nullam jurisdictionem habent, sed tantummodò ministri & executores sunt eorum, quorum Jurisdictioni subsunt Matth. Göl. *processs. exec. part. 2. c. 1. n. 31.* secus est, si fuerint à domino, cui competit Jurisdictio, ad testamenti factionem

nem ablegati Carpz. *d. l. d.* 2. Dn. Richt. *deciſ.* 28. *n.* 4. *& deciſ.* 30. *num.* 31.

Th. VI.

Non tantum propter imperitiam *pr. I. d. teſtam. mil. l.* 1. *ff. eod. l.* 1. *C. d. jur. & facti ignor.* ſed præprimis, quod tempore belli tota Reſpublica in militum robore & virtute conſiſtat, & inſtantis periculi magnitudo omnem ulteriorem moram excludat, à jure communi enim diſceſſum eſt quoad milites armatos in caſtris & expeditione conſtitutos §. 3. ubi Hotom. Borch. Vigl. *n.* 13. Mynſ. *n.* 7. *I. d. teſt. mil.* Carpz. *p.* 3. *c.* 4. *d.* 26. Ceſſante enim expeditione atque periculi metu armati milites ad teſtandum jure communi obligati ſunt, *pr. ibi,* cum in expeditionibus occupati ſunt, *junct.* §. 2. *verſ. poſt miſſionem. I. d. teſtam. mil. l.* 16. *ff. l. pen. C. eod. l.* 1. *d. bon. poſſ. ex teſtam. mil. d. Receſſ. Imper. Colon. ann.* 1512. Ant. Perez. *d. teſtam. mil. n.* 2. Carpz. *d. l. d.* 28. Id quod magis de togatis militibus habendum, ut ſcilicet de bonis quaſi caſtrenſibus jure communi teſtentur §. 2. *ſciendum.* 6. *& ibi* Hotom. *I. d. teſtament. mil.* Schneidwin. *ad pr. I. eod.* Arum. *diſſp.* 7. *theſ.* 9. Ludw. *exerc. ad inſt. 9. lit. a.*

Th. VII.

Privilegium autem hoc circa teſtandi jus etiammum durat *arg. l.* 32. *d. leg. aquil. l.* 15. *ex quib. cauſ. infam.*

infem. Gail. *l.* 2. *obſ.* 118. *n.* 1. & 2. Harpr. *ad pr. I. d. teſtam. mil.* & omnibus omninò militibus poſt delectum militari ſacramento obſtrictis & in expeditione conſtitutis pro patriâ præſertim pericula ſuſcipientibus competit §. 3. *d. teſtam. mil. d. Receſſ. Colon.* Vigl. *ad rubr. n.* 29. & *ſeqq. d.* 1. Harpr. *ad pr. I. eod. n.* 87. & *part.* 1. *diſp.* 20. *th.* 12. *in fin.* Hænon. *exerc. ad inſt.* 7. *th.* 10. Carpzov. *d. l. d.* 20. *num.* 4. & *ſeqq.* & *lib.* 6. *reſponſ.* 14. *n.* 2. & 5. Hahn. ad Weſemb. *d. teſtam. mil.* Dn. Struv. *exerc.* 34. *th.* 4. *in fin.*

Th. IIX.

Hoc privilegium etiam æquiſſimè extenditur ad Concionatores, Conſiliarios, Medicos & Venaliarios caſtrenſes, imo ad alios, qui licet non milites, in hoſtico tamen vel alio periculo bellico conſtituti ſunt & ibi decedunt *l. un. d. bon. poſſ. ex teſtam.* Brunnem. *ad l. ult. ff. de teſtam. mil.* & *l.* 16. *C. eod.*

Th. IX.

Superior regula ampliatur 1. etiamſi miles filiusfamilias ſit, modò caſtrenſia bona habeat *pr. I. d. teſtam. mil. l. f. C. qui teſtam. fac.* Schneidvv. *ad pr. I. num.* 8. *quib. non eſt. perm.* de bonis autem adventitiis, in quibus habet plenam proprietatem, non poteſt teſtari *l. pen. qui teſtam. fac.* Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. jur. univerſ. p.* 3. *l.* 42. *c.* 6. Dn. Struv. *exerc.* 23. *th.* 7. 2. licet ex accidenti mutus & ſurdus

ſit

sit §. 2. ubi Myns. *n.* 2. & Hotom. *l. d. testam. mil. l. 4. ff. eod.* dico ex accidenti: quia aliàs hisce sensibus privati militare nequeunt, quippe qui nec sacramentum præstare, nec tesseram militarem enunciare possunt. *l. fin. d. re mil.* Schneidevvin. *ad §. 3. I. quib. non est perm.* Ludvv. *d. l.* Controvertitur autem, an talis, qui scilicet mutus & surdus factus est, si scribere & literas pingere nequeat, jure militari testari possit? Affirm. per §. 2. *I. d. testam. mil. l. 4. ff. eod.* & quamvis is voluntatem & mentem suam disertè significare non possit, & quoad loquelam similis mortuo censeatur, *arg. l. 39. C. d. testam.* non æquè tamen quoad intellectum mentis & animi judicium mortuo assimilatur, quippe, qui mentis compos est, & si minus verbis aut scripturâ, saltem nudâ voluntate seu nutu & signis voluntatem suam declarare potest. *l. 15. §. 1. l. 40. pr. d. testam. mil.* Harpr. *ad §. 2. I. eod. num. 8.* Ludvv. *d. l. lit. d.* Schneidevvin. *ad §. item surdus 3. Inst. quib. non est permiss. fac.*

Th. X.

Ex dictis elucescit, hoc privilegium non competere militibus, domi agriculturam, mercaturam, aut alia ejusmodi negotia exercentibus *l. 34. junct. l. seqq. §. f. d. testam. mil. l. un. C. negot. ne milit. lib. 12.* nec in pagis vexandorum rusticorum gratiâ oberrantibus, de quibus in Imperio Romano non tolerandis extat Recessus Imperii à Carolo V. Augustæ in Comitiis promulgatus anno 1555. §. und damit angeregte.

Alexand. *in l. contrariv* 15. *n.* 20. *& seqq. d. vulg. & pup. subst.* Hænon. *Exerc. ad Inst.* 7. *th.* 10. Schulz. *synops. Inst. d. testam. mil. lit. a.* Harprecht. *ad pr. n.* 19. *eod.* quin nec imaginariam militiam redimentibus, quos equites auratos vocant, Vigl. *ad pr. n.* 3. *I. d. t.*

Th. XI.

Testamentum ante expeditionem factum & solennitate destitutum in castris valere non incipit: quod enim ab initio non valet, tractû temporis non convalescit. *l. quod ab initio* 21. *d. R. I.* nisi miles in expeditione illud quâcunque voluntatis declaratione comprobaverit §. 4. *I. d. testam. mil. l.* 8. §. 3. *l.* 20. §. 1. *ff. eod.* sufficit enim voluntatis qualiscunque declaratio priori testamento non contraria *Bl. in l.* 6. §. 2. *n.* 1. Ludvv. *exerc. ad inst.* 7. *th.* 9. *lit. a.* atque ita Imperatorem *in d.* §. 4. Paulum *in d. l.* 9. *& d. l.* 16. §. 2. *ff. d. testam. mil.* non dissentire putamus cum Viglio *in d.* §. 4. *n.* 1. Mynsi. *num.* 3. Guil. Onciaco *qq. Academ.* 86. *centr.* Bald. &c.

Th. XII.

Ejusmodi ergò milites quôque modo per nudam voluntatis suæ declarationem tàm scripto quàm voce testari possunt *pr. vers.* nam quamvis *& vers. quoquô modo I. d. testam. mil. l.* 1. *l.* 35. *l.* 40. *ff. l.* 20. *l.* 15. *C. eod. l. un. ff. de bon. poss. ex testam. mil. l.* 29. *C. d. pact.* Vasqu. 2. *de succes. progress.* §. 20. Secundum *d. Re-*

Recess. Colon. ann. 1512. tit. von Testamenten/ §. und sollen die Notarien ita tamen distinguendum est: Aut miles testatur in ipso hostium congressu & conflictû, aut in castris extra periculum vitæ constitutus; Priori casû licitum est ei testari, quocunque modo vult aut potest *d. l. 1. & l. 40. pr. d. testam. mil.* adeò, ut pro valido & firmo testamento habeatur, si in vaginâ aut clypeo, nullo teste adhibito literis sanguine rutilantibus adnotaverit, quid post mortem suam fieri velit. *l. 15. C. d. t.* quod si verò in castris, non in ipso conflictû testetur, tunc iterum juris quidem civilis solennitatibus non est adstrictus, solennitates tamen juris gentium observare, & propterea ad minimum duos testes adhibere tenetur *arg. l. 12. d. test. d. Recess. Imper. d. tit. &* §. Carpzov. *p. 3. c. 4. d. 26.* Schulz. *Synops. Inst. d. testam. mil. lit. a.* Dn. Struv. *ex. 34. th. 3.* Philip. *Usu Pr. d. testam mil. ecl. 49. n. 3.* quibus etiam fœmina interesse potest *arg. §. 1. verb. hominibus I. d. testam. mil. l. 12. d. V. S.* nec requiritur ulla alia solennitas circa rogationem, subscriptionem & subsignationem testium. *pr. I. d. test. mil.* Hænon. *d. exerc. 7. th.* 11. imò & miles potest decedere cum pluribus testamentis *l. 19. l. 35. ff. d. test. mil.* potest heredes instituere ad certum tempus *l. 5. l. miles ita §. pen. ff. l. 6. C. eod.* Pac. *ad §. 9. I. d. pup. subst.* potest iterum decedere partim testatus, partim intestatus, liberosque quos habere se scit, præterire cessante querelâ *§. 5. I. d. her. inst. l. 6. d. test. mil.* Schneidewv. *ad pr. I. d. testam. mil.* nec non filio impuberi substituere, licet sibi non faciat testamentum *l. 41. §. f. d. t.* Perez. *d. l. n. 12. & seqq.* Dn. Struv. *d. l. th. 7. & 9.*

Th. XIII.

Nec tamen militaris favor tantus est, ut testamentum ultra anni lapsum jure singulari valeat §. *sed hactenus 1. vers. post missione 1. d. testam. mil. l. 19. §. pen. l. quod constitutum 21. l. 37. §. f. ff. eod. l. 7. d. inj. rupt. & irrit. l. 8. C. de re mil. lib. 12.* privilegia enim reipubl. causâ absentibus indulta saltem annalia sunt §. 2. *I. d. excus. tut. l. 26. d. testam. mil.* Tholos. *l. 42. c. 6. n. 5.* Wesenb. *in d. §. sed hactenus 3. n.* 2. Hoc autem verissimum est, si missio sit honesta, h. e. vel justa, quæ emeritis stipendiis & expleto militiæ tempore datur. *l. 2. §. 2. d. his qui not. inf. l. 13. §. missionum 3. d. re mil. l. 7. C. d. fid. instrum. l. 8. §. ita autem ff. d. excus. tut.* vel casaria, quæ ob vitium, adversam valetudinem conceditur. *l. 4. d. test. mil. d. l. 2. §. 2. d. his qui not. infam. Reverd. in l. 20. d. R. I.* Tholos. *d. l.* Dn. Struv. *d. l. th. 6.* in tantum, ut intra annum post missionem ne capitis quidem diminutione testamentum vires suas amittat §. 5. *I. d. test. mil. l. 12. & sequ. l. 32. ff. eod. l. 1. §. 5. d. bon. poss. ex test. inst.* Hunn. ad Treutl. *vol. 2. disp. 10. th. 7. inf.* Vultej Vigl. Bachov. Harpr. *ad d. §. 5.* Struv. *d. l. th. 9.* quod si autem missio ignominiosa sit, quæ fit ob delictum *l. 2. §. ignominiæ ff. d. his qui not. inf. l. 13. §. missionum 3 ff. d. re mil.* Borch. Vult. *in d. §. sed hactenus 3. d. testam. mil.* testamentum statim infirmatur: delinquens namque præmio dignus censeri non debet *l. testamenta 26. d. t. l. 3. C. eod.* Vigl. *ad pr. vers. illis autem n. 7.* Bald. Harpr. *in d. §. sed hactenus 3. de testam. mil.*

Th. XIV.

Ita se habet militare privilegium. Periculum porrò privatis tempore pestis imminet: unde hodiè Testatorem peste correptum, tres aut duos testes adhibuisse sufficit. Id quod etiam præjudiciis Cameralibus confirmat Gail. *obs. pract. l. 2. obs. 118. num. 7. & seqq.* & probat Mynsi. *cent. 1. obs. 96.* hancque sententiam secutus Serenissimus Saxoniæ Elector Augustus *in p. 3. c. 4.* constituit, quo si peste correptus decumbens vel domo ejus pestiferâ hâc lue infectâ coràm tribus vel duobus fide dignis testibus testamentum faciat, illud quantum ad testium solennitates attinet, omninò valeat.

Th. XV.

Hæc saluberrima Juris Saxonici constitutio etiam extenditur ad testatorem, dysenteria, aliove morbo contagioso laborantem Carpz. *p. 3. c. 4. d. 2.* Dn. Struv. *Ex. 32. th. 21.* Non verò amplianda erit ad illum casum, quo testator, nullo ejusmodi morbo correptus, neque domus ejus tali lue infecta est. Cum ratio constitutionis hoc in casu cesset, quæ in solo periculi metu posita est, ob quam testes ædes lue istâ infectas intrare & ad ægrotos accedere grauantur Carpz. *d. l. d. 4.* Hahn. *ad VKosenb. d. testam. p. 10.* Nec refert, utrum testes masculi sint, an fœminæ, de jure enim gentium ea, quovis in contractu & negotio ad testimonium ferendum pro idoneis ac

fide dignis personis habentur *l. 20. §. 6. qui test. fac. poss* quidni ergò in ejusmodi testamento quoque testes admitterentur, quippe quæ & in aliis testamentis privilegiatis, quæ citra solennitatem fiunt, testes idoneæ sunt, quamvis alii eas non nisi in subsidium admittant, si scilicet tùm temporis masculi reperiri nequeant Ripa *d. pen. c. 2. n. 21.* Carpz. *d. l. d. 6.* Dn. Struv. *d. l. th. 16.*

Th. XVI.

Subsistit etiam testamentum tempore pestis conditum, etiamsi testes fortuitò advenerint & ad id non fuerint specialiter rogati: rogationem enim testium de solennitatibus juris civilis esse, nemo facilè negabit *l. 21. C. d. testam. l. 21. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.* ergo ea non observanda in testamentis iis, quæ saltim secundum jus gentium conduntur Boer. *decis. 34. n. 5.* Ripa *d. l. n. 42.* Carpz. *d. l. d. 8.* Num autem domesticum vel parentum testimonium in testamento pestis tempore idoneum habendum sit, quæritur? sanè quin parentes in testamento liberorum & servi in dispositione dominorum à testimonio repellantur dubium non est, *§. 6. §. 9. I. de testam. ord.* illi propter patriam potestatem, ob quam pater & filius una eademque persona esse censetur *l. ult. C. d. impub. & al. subst.* hi verò, quia juris civilis communionem non habent *l. 32. l. 209. d. R. I.* quæ rationes licet ex jure civili sint desumptæ, attamen adhuc alia ratio parentes à testimonio in hoc testamento arcet,

sci-

scilicet affectio singularis, quæ jure naturali parentes reddit inhabiles ad testimonium ferendum pariter & de jure gentium testimonium domesticum, sicut aliis in actibus, ita & in testamentis regulariter reprobatum est, adeoque jus gentium hic parentes & servos à testimonio repellit Schneidewv. *ad* §. 8. *n.* 8. *l. d. testam. ord.* Carpz. *d. l. d.* 7.

Th. XVII.

Porrò circa testium adhibitionem illud in testamento tempore pestis confecto observandum, quod id aliter valiturum haud habeatur, quam si testes ex ore testatoris id perceperint, neque enim de voluntate testatoris aliter certi quid deponere ii possunt, quam si ipsum loqui & mentem suam declarare audiverint, cui consequens, requiri præsentiam testatoris adeò, ut testes ipsum videre ac probè cognoscerequeant *l.* 9. *l.* 12. *C. d. testam. d. Recess. Imper. colon. d. anno* 1512. *tit.* von Testamenten §. nun die Form. Nec quod de solenni testamento circa hanc rem dispositum est in testamento pestis tempore ullibi correctum reperitur, etenim in quo non minus omnis fallaciæ ac fraudis suspicio evitanda est, Carpz. *d. l. d. d.* 10. contrariam opinionem fovet Matth. Berl. *p.* 3. *concl.* 5. *n.* 28. Schrad. *tract. sel. & pract. quæst.* §. 9. *n.* 43.

Th. XIIX.

Multi ita favent dispositionibus tempore pestis conditis, ut eas quandoque in præsentia etiam unius so-

solummodo tertis confectas valere existimem, præsertim si testator non instituerit heredem, sed tantum legatum reliquerit ob certam causam: sed hæc sententia destituitur fundamento & inde refellitur, quod nec de jure gentium, relictum valeat atque probatur absque duobus saltem testibus adhibitis *l. 9. C. d. test. c. cum asses, c. relatum extr. d. testam.* Carpzov. *d. l. d. 13.*

Th. XIX.

Testamentum tale tempore pestis factum valet etiam quod bona aliis in locis sita ubi pestis non grassatur, pestequè extincta tam diu firmum ac ratum permanet, quam diu testator in eadem voluntate perseverat *arg. l. 1.* ubi Sal. *d. testam.* Cornus *cons. 53. column. fin. vol. 4.* Ripa *tr. d. pest. c. 2. n. 35.* Boer. *decis. Burdegal. 228. n. 12.* Carpzov. *d. l. d. 5.*

Th. XX.

Eatenus jure singulari indultum est favori personæ propter imminens periculum: Propter præsumptam fidem porrò licitumque ardorem nimia juris communis scrupulositas remissa est parentibus inter liberos testantibus. Testamentum autem eorum vel sit in scriptis vel sine scriptis: priori casu nullis opus est testibus, sed sola schedulâ manu patris exarata validi testamenti loco subsistit, licet ab eo subscripta non sit, dummodo pater non signis vel notis inusitatis, sed expressis literis & integris dictionibus

bus voluntatem ſuam declaraverit, & horum cuique, nullo præterito, ſive exhæredato certam portionem aſſignaverit *Nov. 107. c. 1. auth. quod ſine C. d. teſtam.* Maſcard. *concl. 1352. n. 65. vol. 3.* Gail. *2. obſ. 112. n. 7. 8. 9. & 14.* Hottom. *conſ. 54. n. 2. & 15.* Thoming. *deciſ. 4. n. 2, 4. & 6.* Piſtor. *p. 1. qu. 1. n. 7. & qu. 2. n. 1. & ſeqq.* Menoch. *per præſumpt. 7.* Tholoſ. *d. l. 42. c. 5. n. 9. & ſeqq.* Hieron. Panſchmann. *p. 2. q. 1. n. 4. & ſeqq.* Fachin. *p. 2. l. 4. controv. c. 1. contra* Cujac. *conſult. 1. n. 7.* Carpz. *p. 3. c. 4. d. 17.* Dn. Struv. *d. l. th. 17.* Sin ſchedula iſta non ab ipſo patre, ſed à tertio quodam ſcripta fuerit, tunc ſubſcriptio patris neceſſariò requiritur & ſimiliter absque teſtibus ſubſiſtit *arg. Nov. 18. c. 7.* Carpz. *d. l.* non autem opus eſt, ut Teſtator hoc casû id teſtamentum ſuum eſſe in ſubſcriptione dilucidè aſſeveret, ſed ſufficit ſubſcriptio ſola generalis absque omni ſpeciali atteſtatione Weſenb. *conſ. 90. n. 15.* Carpzov. *d. l.* quod ſi verò parens literarum ignarus ſit, aut aliam ob cauſam ſcribere nequeat, tunc voluntatem ſuam inter liberos obſervandam coram duobus fide dignis teſtibus cujuscunque ſexus iisdemq; ſpecialiter non rogatis nuncupare & declarare poteſt *arg. l. 21. §. 1. C. d. teſtam. l. ult. C. fam. erciſc.* Guid. Pap. *deciſ. Grat. 537.* Covarr. *tom. 1. c. 11. n. 6. d. teſtam.* Peckius *3. d. teſtam. conjug. 13. num. 1.* Gail. *d. l. n. 4, 5, 6, & 13.* Piſtor. *d. qu. 1. n. 1. & ſeqq. & qu. 2. n. 9. & duobus ſeqq.* Dan. Mollerus *4. ſemeſtr. 8.* Hier. Panſchmann. *d. l. n. 24. & ſeqq.* Harpr. *ad §. 3. & 4. I. d. teſtam. n. 116. & ſeqq.* Carpzov. *d. l. d. 15.* neque hoc casû parens voluntatem ſuam ſemper revelare cogi-

 tur:

tur: potest enim schedam alterius manû exaratam in præsentiâ testium producere & coram illis asseverare, quod in eâ ipsâ testamentum suum inter liberos comprehensum sit. Harpr. *d. t. num. 141.* Dauth. *ad l. hâc consultissima 21. C. d. testam. ord.*

Th. XXI.

Non minus frequens quam dubia quæstio est, utrum scriptura patris sine die & consule i.e. sine expressione anni & mensis ac diei confecta, quâ inter liberos suos minus solenniter testatus est tanquam testamentum paternum inter liberos valeat? & quamvis non desint, testamentum parentis inter liberos in scriptis confectum ad sui firmitatem, non requirere mensis ac diei designationem sive expressionem, contraria tamen opinio verior *d. auth. quod sine C. d. testam. & Nov. 107. c. 1.* quibus ex locis clarissimè constat testamentum parentis inter liberos in scriptis conditum, nullas habere vires, nisi in eo expressum sit, quo tempore, h. e. quo anno, mense ac die testator scriptum testamentum confecerit Panschmann. *d. l. n. 14. cum seqq.* Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. n. 1. & seqq.* Jul. Clar. *l. 3. sentent. § testamentum qu. 14. n. 2.* Carpz. *d. l. d. 17.*

Th. XXII.

Jucunda & in usû practico apprimè utilis etiam quæstio est, num testamentum parentis inter liberos subsistat, in quo unus vel alter ex liberis est præteritus? & verius est in testamento tali omnes liberos instituen-

tuendos esse, neque ullum ex iis citra vitium nullitatis præteriri posse *Nov. 107. c. 1. Nov. 115. l. 1. ff. d. inj. rupt. irrit. fact. l. ult. in fin C. d. lib. prat. Nov. 107. c. 1. Nov. 115. c. 3.* Et licet Impp. *in d. l. hâc consultissima 21. §. ex imperfecto 1. C. d. testam. l. 16. l. fin. C. fam. erciſc.* solennitates Juris communis parentibus inter liberos testantibus, remiserint: hæc tamen relaxatio de illis tantùm solennitatibus exaudienda est, quæ sine injuriâ alterius omitti possunt: quales sunt septenarius numerus testium, eorundem specialis requisitio, subscriptio, subsignatio & similes. Vasq. 2. *d. succeſſ. creat. §. 20. n. 228.* Gail. *d. obſ. 112. num.* 11. Alvar. Valasc. *deciſ. Luſit. 23. per tot.* Fachin. *d. l. c. 24.* Carpzov. *d. l. d. 21.*

Th. XXIII.

Cùm hoc testandi genus in favorem liberorum introductum sit sequitur, quod in præjudicium & detrimentum eorum extraneis personis neque legatum neque fideicommissum in ejusmodi testamento imperfecto utiliter relinqui possit *d. l. hâc consultissima 21. C. d. testam.* Carpzov. *d. l. d. 19.* nisi testator ultra scripturam propriâ manu exaratam duos ad minimum testes adhibeat & coram illis voluntatem suam declaret *Nov. 107. & c. 1. verſ. ſi tamen* ubi Cujac. *auth. quod ſine* ubi Angel. *n. 3.* Castrens. *n. 2.* Vasqu. 2. *d. ſucceſſ. progreſſ. §. 14. num. 120. & lib. 3. §. 23. n. 107.* Thoming. *deciſ. 4. num. 4. & 6.* Pistor. *d. qu. 2. n. 5.* Hieron. Panschmann. *d. l. qu. 9. num. 2.* Schulz. *Synopſ. Inſtit.*

ſit. d. teſtam. ord. lit. d. Carpzov. *d. l. d.* 20. Brunnem. *ad d. auth. quod ſine C. de teſtam.*

Th. XXIV.

Hoc loco autem dicitur extranea perſona, quæ non ex numero liberorum teſtatoris eſt, etiamſi illi ſanguinis ratione ſit conjuncta *d. l. hâc conſultiſſima 21. §. ex imperfecto 1. C. de teſtam.* Harpr. *d. l. num.* 222. Hinc inferendum, nec uxori relictum legatum vel fideicommiſſum in ejusmodi teſtamento inter liberos ſubſiſtere poſſe ex generalitate *d. l. hâc conſultiſſima 21. & l. ult. C. fam. erciſc.* quibus expreſſior addi poteſt textus *in Novell. 107. c. 1.* ubi Imperator præter ſcripturam parentis, ſi legata uxori aut extraneæ perſonæ adſcribantur, verbis diſertis teſtes requirit Dauth. *ad l. hâc. conſultiſſima 21. num. 38. C. d. teſtam.* Harpr. *d. l. num. 224.* Carpz. *d. l. d. 21.*

Th. XXV.

Cæterum, etſi vice verſa hæc libertas ſeu facultas liberis inter parentes teſtandi non competat *arg. l. 21. §. 1. C. d. teſtam.* Jul. Clar. §. *teſtamentum. qu. 12. n. 6.* Magdal. *p. 1. c. 16. num. 181.* Harpr. *d. l. n. 93. & ſeqq.* Gail. *d. l. n. 22.* Carpz. *d. l. d. 15. n. 11.* tamen, ubi venientes ab inteſtato inſtituti ſunt, quinque teſtes ſufficere volunt *per d. l. hac conſultiſſima 21. §. ſi quis autem 3. verſ. niſi forte in priore C. d. teſtam.* Vaſqu. *d. l.* Magdal. *p. 2. c. 17. per tot.* Graſſ. §. *teſtamentum. qu. 54. n. 15.* Dauth. *d. l. n. 432.* Gail. *d. obſ. 112. n. 26.*

Th.

Th. XXVI.

Notandum quod si dispositio parentum ob defectum requisitorum solennium haud jure valere possit, ex clausulâ tamen codicillari, quæ verbis etiam non expressis in omni testamento parentum inter liberos subintelligitur Hartm. Pist. *p. 4. qu. 9. n. 19.* Carpz. *p. 3. c. 4. d. 22. n. 6. 7. & seqq. & c. 8. d. 20. n. 3. & 4.* ut divisio inter liberos sustineatur *l. filii & l. fin. C. fam. ercis.* Magdal. *d. l. n. 136.* Hotom. *cons. 54. n. 3. & cons. 54. per tot.* Dauth. *d. l. n. 3.* Carpz. *d. l.* eaque in allodialibus usque ad legitimam inæqualis *l. 10. C. fam. ercisc.* Gail. *2. obs. 116. n. 2.* Panschmann. *d. l. num. 34. & seqq.* Carpz. *d. l. n. 9.* Secus autem res se habet in feudalibus; In iis enim divisio inter filios locum non habet, nec uni filiorum pater feudum assignare potest, nisi accedat fratrum consensus vel ratificatio. *l. f. 1. §. & quia 1. c. f. 8. pr.* Gail. *d. l. n. 9.*

Th. XXVII.

Ejusmodi verò divisio fit vel scripto vel nuncupatione; priori casu requiritur, ut forma *Nov. 18. c. 7. & auth. si modò C. fam. ercisc.* observetur. Jul. Clar. *§. testamentum qu. 14. n. 1.* Graff. *§. testamentum. qu. 16.* Dauth. *ad l. 21. n. 12. C. d. testam.* Hotom. *cons. 54. n. 2. & cons. 55. n. 1. & seqq. cons. 57. n. 15.* Posteriori casu, si sc. sine scriptis & oretenus saltem parens dividere cupiat, necesse est, ut duo testes adsint, coram quibus pater suam dividendi voluntatem exponat.

Cyn. Gothofr. Albert. & Angel. *in d. auth. si modo.* Harprecht. *ad §. 3. & 4. n. 208. J. d. test. ord.* Carpzov. *d. l. n. 10.*

Th. XXIIX.

Illud silentio non prætereundum quod si pater res divisas liberis statim tradat, eosque fructus percipere patiatur, non censeatur ultima voluntas sed donatio inter vivos Jac. Put. *decis. R. R. 84. & 132. l. 2.*

Th. XXIX.

Talis fuit favor personæ: Favore Rei quoque à jure communi discessum est, dum ad pias causas coràm duobus testibus etiam foeminis & specialiter non rogatis testamentum factum sustinetur, non quidem jure civili, quô nihil remissum esse docet Magdal. *p. 1. c. 12. per tot. & p. 2. c. 1. n. 7.* Schneidvv. *ad pr. I. n. 17. d. testam. ord.* sed jure canonico. *c. relatum.* 11. *& ibi* Covarruv. *n. 5. d. testam.* Boër. *decis. Burdegall. 93. n. 4. & seqq.* Vasqu. *d. success. creat.* §. 22. *n. 1. & seqq.* Malcard. *concl. 1352. n. 32. & seqq. vol. 3.* Schurff. *cent. 1. cons. 31.* Clar. §. *testamentum qu. 60 n. 2. & seqq.* Mynsi. *ad §. 6. n. 4. inst. d. testam. ord.* Harpr. *ad § 3. & 4. n. 48. eod.* Carpz. *p. 3. c. 4. d. 33. n. 1. & seqq.* Schulz. *Synops. inst. d. testam. ord. lit. d. n. 5.* Dn. Struv. *exerc. 32. th. 23.* dummodo imperfectum non sit ratione voluntatis. Voluntas enim est causa efficiens Testamenti: cessante autem causâ, cessare quoque debet effectus. *l. si quis testamen-*

tum,

tum, & ibi Castr. *n. 3. l. qui testam. fac. l. 9. C. eod.* Boer. *d. l. num. & decis. 200. num. 4. & seqq.* Mynsi. *1. obs. 28. num. 2. & 3.* Gail. *2. obs. 120. num. 14.* Magd. *p. 2. c. 5. num. 2.* Alvar. Valasc. *decis. lusit. 75. num. 4.* Harpr. *d. l. num. 49.*

Th. XXX.

Piæ causæ autem in jure nostro dicuntur, quando aliquid ecclesiis, Scholis, Academiis, pauperibus, cæmiteriis, Xenodochiis sive ad stipendia sive in redemptionem captivorum relinquitur. Econtrariò pia causa non intelligitur, quando singulis personis v. g. Parocho, Pastori, Ministro Ecclesiæ aliquid relictum est *arg. l. 1. relatum. 11. auth. nomine autem eccles. extr. d. testam.* Carpzov. *d. l. d. 34.* Harpr. *d. l.*

Th. XXXI.

Quæritur, an testamentum tale ad pias causas factum etiam planè nullis adhibitis testibus subsistat? Neg. quia absque duobus vel tribus testibus, in quorum ore stat omne verbum, dispositio testatoris nequit probari Jul. Clar. *d. l.* Vasqu. *d. l. §. 21. n. 1.* Fachin. *lib. 4. c. 3. in fin.* Pauschmann. *p. 4. qu. 8. num. 10. & seqq.* Carpzov. *d. l. d. 33. n. 8.* Hahn. ad Wesenb. *d. testam. ord. n. 10.* Non autem hic licet argumentari à testamento militum aut parentum inter liberos, quorum sola scriptura sine testibus, ut dictum, subsistit, siquidem ex speciali favore militum & liberorum hoc privile-

vilegium testandi concessum fuit. Panschmann. *d. l. num. 5. & seqq.* ergò ad pias causas trahendum non est, ne quidem ex identitate rationis Carpz. *d. l.*

Th. XXXII.

Tantum de solennibus juris communis remisit favor. Necessitate deinceps indulgetur Rusticis, ut si septem testes haberi nequeant, coram quinque idoneis testamentum factum subsistat *l. f. ubi Jas. C. d. testam. Recess. Imper. Colon. d. anno.* 1512. *tit.* von Testamenten §. und sollen die Notarien Auffmerckung haben/ *vers. item*, und auff den Gau/ wo Bauers Leute Testament machen und mehr Zeugen nicht zu bekommen/ wenn auff das wenigste 5. Zeugen ꝛc. Alexand. *cons. 7. n. 14. vol.* 2. Vasqu. *de success. creat.* §. 22. *num.* 34. Ripa. *d. pest. c.* 2. *n.* 18. Clar. *d. l. qu.* 56. Carpz. *d. l. d.* 30. Schulz. *in synops. inst. d. testam. ord. lit. d. num.* 2. Ludvvell. *exerc. ad inst. 7. thes. 9. lit. c.*

Th. XXXIII.

Hoc privilegium ad civem rari migrantem ibique testantem etiam extenditur Cyn. Salyc. Brunnem. *ad. l. p. C. de testam.* Ripa *d. l.* 2. *n.* 3. nec irritari putamus ejusmodi testamentum, si vel maximè postea plures testes haberi possint *d. l. f. C. d. testam.* Ripa. *d. l. num.* 35.

Th.

Th. XXXIV.

In provinciis Saxonicis firma sunt rusticorum testamenta coram Parocho & duobus testibus etiam non rogatis, ruri condita. Schneidevv. *ad pr. Inst. testam. ord. num. 19.* Struv. *Exercit. 32. th. 17.* Testes nimirum ad probationem, Parochus verò ad fraudes & calumnias testium vitandas adhibetur Perez. *in C. d. testam. num. 20.* Dn. Struv. *d. l.*

Th. XXXV.

Hæc de solennitatum Juris communis remissione: quæ intenduntur in testamento cæci, ad cujus perfectionem propter maximum justissimumque falsitatis metum, quem aliàs oculorum acies dispellit, præter alias solennitates, de quibus *t. t. l. d. testam. ord.* desideratur 1. ut ultra numerum septem testium cæcus testaturus adhibeat Notarium, quem si habere non possit, adjungat octavum testem, & illis omnibus convocatis palam edicat quod velit testari fine scriptis saltem per nuncupationem. 2. ut non modò heredis nomen, sed etiam vitæ genus & dignitatem aliasque notas & indicia, ex quibus ille cognosci possit, ne ulla ambiguitas aut dubitatio in personâ heredis relinquatur, specialiter exprimat 3. ut Notarius vel octavus testis conficiat de tali voluntate scripturam, & unà cum omnibus aliis testibus huic testamento subscribat & illud consignet *l. hâc consultissimâ 5. C. qui testam. fac.* §. *ratum autem*, & ibi

Vigl. *num.* 2. *& seqq. quib. non est perm. d. Recess. Imper. Colon. tit.* von Testamenten §. aber zu eines blinden Testament gehöret / wie hiernach folget. Dauth. *d. testam. ord. num.* 232. Harpr. Schneidevv. *ad d.* §. *cæcus 4. Inst. quib. non est perm.* Brunnem. *ad d. l. hâc consultissimâ 8.*

Th. XXXVI.

Hæc autem non sunt extendenda ad testamentum cæci inter liberos aut ad pias causas factum, ubi duos testes absque solennitate sufficere, communis Dd. opinio est quia in liberis cessat falsitatis suspicio & in causis piis solum jus gentium attenditur Castr. *cons. 362. n. 1. vol.* 2. Fulgos. *cons. 41. & cons. 90. num. 1.* Alciat. *cons. 33. n.* 2. *cum seqq.* Tiraq. *d. priv. piæ caus. caus. 10.* Schneidevv. *d. l. n. 6. 7.* Perez. *in C. d. testam. n. 6.* Joh. Brunnem. *ad l. 10. C. d. testam.* Carpzov. *d. l. num. 5. 6.*

Th. XXXVII.

Si cæcus vult facere codicillos, debet easdem solennitates adhibere, ac si testamentum faceret *l. 8. vers. quæ in eundem C. d. testam. d. Recess. Imper. Colon.* §. es ist auch nicht allein in einen Testament eines Blinden / sondern auch in seinen Codicillen und andern Willen noth solche Forme zu halten Carpzov. *d. l. n. 7.* qua propter clausula codicillaris, quæ plerumque hodiè in fine testamentorum subjici solet, & cujus aliàs ma-

xima utilitas, Schneidevv. *ad §. Inſt. d. codic.* & Carpz. *p. 3. c. 4. d. 39. & c. 8. d. 11.* cæci teſtamento adjecta nihil prodeſſe poterit, ſi illud aliquo ſolennium defectû laboret.

Th. XXXIIX.

Hæc ſunt pauca illa, quæ de prolixâ ac nobili materiâ in medium adferre voluimus. Deo autem ter Optimo Maximo pro jugi & immenſa ſua gratiâ clementique actæ hactenus vitæ præſidio gratias agimus devotiſſimas. Aſpiret porrò noſtris progreſſibus, æternumque favorem continuet. Vigeant floreantque ipſius Juſſu Reſpublicæ, & felicia ſubinde capiant incrementa. Noſtris verò ſive honoribus ſive honorum piis votis illud ineſſe pondus ſinat, ut cedant omnia in ipſius gloriam & publicum emolumentum.

Su-

Supremam Themidos tibi no-
ster SALA tiaram
Imponit duplicatam conspi-
rantibus omniûm
Votis; Nam virtus, clara & do-
ctrina meretur
Sic, BERTRAME, tua. Hinc voveo,
quò fulgere possis,
Atque novum * GENTI posthàc
superaddere SYDUS.

Ita
Clarissimo Dn. Doctorando amicâ m. &
m. animitùs gratulat.
Johann-Volk. Bechmann/
D. & Præses.

Quæ sit, declaras, testatio nostra peritis,
Quatenus illa necis vim retundere docet.
Intendit simul ac solennia fœdere remittit
Testator, valeat quo bene velle suum.
Hocce parat rubram Tibi jam, Peramice, Tiaram:
Fausta precor: jubeat pondus inesse DEUS!
Clarissimo Dn. Doctorando gratulante calamo
scribeb.
Johannes Georgius Simon, D.

* *Bertramiana.*